

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chytræus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

vera agnitio Dei & vera pietas regens consilia & actiones vitæ omnes iuxta verbum Dei. **STULTITIA** est ignoratio & contemptus Dei, errans in opinionibus, consilijs, dictis & factis. Quia non verbum Dei, quod unica veritatis norma est, sed sui capitis somnia sequitur. Recitat autem Syracides quinque vel *sex discrimina*, quibus stulti & sapientes agnosci & discerni possint. Sapiens sua iudicia, consilia, mores, actiones & vitam totam dirigit ad normam mentis diuinæ expressam in verbo, in quo se patefecit Deus. Stultus spreta verbi diuini regula sui capitis somnia sequitur. Sapientes sunt dociles, patiuntur se verbo Dei erudiri, moneri & regi. Stulti sunt indociles & pertinaces. Sapientum consilia, dicta & facta sunt ordinata, recta, salutaria, & hominibus sanis grata & suauia. Stultorum verò consilia & sermones sunt inordinati, confusi, distorti, inutiles & perniciosi. Sapientes sunt modesti, verecundi, circumspecti, graues. Stulti sunt curiosi, *πολυπράγμονες*, imprudentes, præcipites. Sapientes sunt in loquendo cunctantiores, circumspecti, prudentes, & verba singula aurificis libella expendunt. Stulti sunt garruli, præcipites, futiles, *ἀθυροὶ γλωσσῶσι, ἀχαλνέες*. Sapientes sunt graues, sedati, alieni ab omni scurrili leuitate. E contra per rium multum debes cognoscere stultum.

Caput XXII.

Pigritia.

Liberi felices
aut infelices.

H

OMO piger perinde est atq; lapis in luto iacens. Qui leuat eum cogitur extergere manus. Filius, non bene educatus, ignominia est patris. Filia prudens facile elocatur, at filia parum proba à procis negligitur, & contristat patrem suum. Et que ferocula est, cum patri, tum & marito ignominia est, exosa quoq; utriq;. Sermo intempestiuus, musica est in luctu. Si quem admonere aut docere vis, observa tempus. Qui conatur docere stultum, perinde facit, atq; si fragmina resarcias in vase fictili, aut arctè consopitum excites. Qui loquitur stulto, loquitur stertenti, cum finieris sermonem, dicet, Quidnam erat? Super mortuo luctus suscipitur, eò quod hac luce nunc careat. Longè magis lugendus erat stultus, quod mente careat. Nemo nimio luctu debet se conficere de mortuis: Nam quietem nacti sunt. Vita vero stulti, morte est tristior. Septem diebus lugetur super mortuo, verum super stultis & impijs per omnem vitam. Ne multa loquaris cum stulto, neque conuersare homini parum prudenti. Vita cum, quantum potes, ne plectaris damno, & contamineris ab illo. Fuge eum ut pacem habeas, ne per stultitiam eius arumna te impli-

Admonitio-
nes tempesti-
uz.

cent &

cent & angustia. Quid est grauius plumbo, & quo nomine notabis stultum significantius? Tolerabilius est arenam, sal & ferrum portare, quam ferre hominem stultum.

Sicut domus bene contignata, aduersus turbinem ventorum FIDES. iniecta est; Ita animi robusti fide & certi, nullis franguntur terroribus. Sicut incrustatio calcis in pariete aduersus imbrem, & sepes male plexa in montibus altis, contra ventum non subsistit: Ita cor pauidum stulti non perdurat contra illos terrores. Cum oculum premis, elicis lacrymas. Et quando male conscio cor tangis, ipse se prodit. Qui volucres iactu petit, abigit eas: & qui contumelia afficit amicum, diuellit amicitiam. Mala conscientia. Amicitia. Etiam si gladium stringas aduersus amicum, tamen leuius est quam contumelia. Nam facile potest is reconciliari, si non vites eum, sed colloquaris illi. Omnia sanabilia sunt præterquam contumelia, contentus, proditio secreti, fraudes. Hæc sunt quæ abigunt amicos. Fidum te præbe erga amicum tuum tempore paupertatis suæ, ut latari cum eo possis rebus secundis. Firmum præsta amicum rebus aduersis, ut illius meliori fortuna etiam uti possis. Antequam incendium erumpit in flammam, primum excitatur fumus & vapor: Ita post contumeliam sequitur cedes. Non pudeat te defendere amicum tuum, & noli vitare eum. Si ingratus malum tibi rependet, vitabit ipsum omnis qui hoc audit.

PRIMA sententia est vituperatio pigritiæ & desidiæ, ignauum & iners officium agentis, & labores necessarios plane omittentis. Virtus opposita est SEDVLITAS, quæ labores propriæ vocationi conuenientes propter Deum & communem salutem, diligenter, fideliter & constanter facit. *Filius non bene educatus ignominia est patris.* II. De PIETATE parentibus debita, & σοφῶν parentum erga natos: quæ ideo insita est hominum naturæ, ut sit commonefactio de vero & ardenti amore æterni patris erga Filium & erga nos. Ac ut sit vinculum mutæ benevolentia ac neruus societatis humanæ. Ut autem summa voluptas est parentum, habere liberos morigeros & probos: ita post sensum iræ Dei, nullus est dolor acerbior, quam qui oritur ex turpitudine & calamitatibus liberorum. Hæc cogitatio doloris parentum augeat in liberis curam obediendi. *Sermo intempestiuus, musica est in luctu. Qui conatur docere stultum, perinde facit &c.* III. Denuo repetit præceptum de admonitionibus errantium tempestiuè instituendis, & de discernendis generibus auditorum, qui monendi aut docendi sunt. Alij enim sunt dociles & infirmi, quos amanter docere, nec intempestiuè obiurgando vel docendo turbare debemus, ut Paulus iubet non intempestiuè turbari infirmos, & vulgò dicitur: Intempestiuè qui docet, ille

Admonitiones.

Ccc

nocet.

nocet. Alij sunt *μωρόκατοι*, non sani iudicio, nec intelligentes ea, de quibus certant, & tamen arrogantes & fascinati persuasione sapientiae, prauis, pertinaces, qui neq; quarunt neque amant veritatem, sed suas quasdam opinioniones & persuasionem sapientiae mordicus tuentur, & admoniti sunt rabiosiores. Tales non moneri aut doceri frustra, sed vitari & fugi debent, vt Christus inquit: Nolite sanctum dare canibus, ne conuersi lacerent vos. Sapere autem in imperijs & ecclesia dominantur tales *μωρόκατοι*, vt Claudius, Roboam. His consilia dare & seruire, viro bono & prudenti reuera grauius est, quam arenam, sal & ferrum portare. sicut ille apud Aristophanem seruus insipientis domini exclamat:

*ὡς ἀργάλεον πρᾶγμα ἔστι, ὃ ζεῦ καὶ θεοῖς,
Δέλον ἔσθαι πρὸς φρονέοντας δευτότα.*

O Iupiter, Diique quanta molestia est,
Seruum esse fidum non sapientis Domini.

Sicut domus bene contignata aduersus &c. IIII. Insignis sententia est de FIDE, quae est fiducia cordis in Deo nobis propitio & fauente acquiescens, & certo statuens se Deo curae esse, se propter Christum mediatorem a Deo diligi, exaudiri, & in omnibus periculis iuuari, defendi & aeterna salute donari. Haec fides reddit cor tranquillum & laetum, vt in periculis & aerumnis omnibus non frangatur trepidatione, metu & terroribus vllis, sed solidae petrae Christo constanter innitatur & omnes dubitationum & pauorum fluctus a se repellat & vincat. Matth. 7. Firma fide innitens Deo, similis est homini prudenti, qui aedificauit domum suam super petram. Et in Psalm. 124. Qui confidunt in Domino, tanquam mons Sion non commouebuntur. Psal. 61. Nonne Deo erit subiecta anima mea, &c. *Cum oculum premis, elicis lacrymas.* V. De mala conscientia, quae seipsam prodit. VI. Reliqua pars capitis de FIDELITATE in amicitia concionatur, quae in vera beneuolentia mutua, & amici dignitate & commodis tuendis, seruat constantiam in rebus secundis & aduersis. Vicia opposita sunt, perfidia deserens aut prodens amicos in rebus aduersis. Item contumelia, quam Graeci *ὕβριν* vocant, petulanter verbis vel factis laedens existimationem & famam eorum, a quibus nec prouocati nec laesi sumus, de qua Plutarchus in Timoleonte inquit: *χαλεπώτερον ὕβριν ἢ βλάβην φέρομεν.* Alterum extremum est stulta fidelitas, iuuans amicum in causis iniustis vel impossibilibus. Colligantur autem sententiae Syracidae de amicitia in vnum aceruum ex capite 6. 9. 13. 14. 27.

Caput XXIII.

Lingua frenanda.

Precatio vt a Deo doceatur & regatur.

UTINAM seram obdere possem ori meo, & firmissimum sigillum labijs meis, ne per illa caderem, & perderet me lingua mea. Domine Deus Pater, dominator vita meae. Ne patiaris me misceri blasphemis, neq; perire inter eos. Utinam omnes cogitationes meas possem coercere freno, & cor meum castigare verbo Dei. Utinam non in-

non in-

Chyt